



ALVV M me fac Deus, quoniam peruerunt aquæ usq; ad animam, VERS. I.
 2. Demersus sum in lutum profundum, nec est vi queam subsistere:
 veni in profundas aquas, & tempestas inundando operuit me.
 3. Laboravi clamando, arefactum est guttus meus: defecerunt oculi
 mei, dum expecto Deum meum.
 4. Multiplicati sunt super capillos capitum mei, qui oderunt me sine causa, confortati
 sunt qui disperdunt me inimici mei iniuste: quæ non rapui, tunc rependi.

Lectio satis concordat.

Saluum me fac Deus.] Exordium Psalmi huius ardentissimam habet opus diuinæ imploratiōnem, EXPLA-
 qualis solet esse eorum, qui summis angustijs ex presentis interitus horrore, desperato omni huma- NATIO.
 no subsidio, eiulando & vociferando cœlestē auxilium inuocant. Et tales implorationes auxiliū di-
 uini, licet humano iudicio frustaneæ videantur & inanes, teuerā tamen cœlos penetrant, & paten-
 tes diuinæ bonitatis aures inueniunt, qua de re vide Psal. 18. Habet enim Deus hoc laudis, quod sit
 saluator afflictionum. Mox subiicit periculi magnitudinem, parabolice comparans hostes suos, immo
 hostium vim & improbos conatus alio luto, vndis profundis ac procellis irruentibus. qua similitudine usus
 est & supra Psalmō 18. & 40. Voluit hoc pacto describere Propheta non solum magnitudinem pe-
 riculi, & hostium suorum improbissimam violentiam: sed & simul exprimere, quam fuerit animo
 prorsus deiecto, & summa angustia oppresso, vt qui nihil aliud ab hostib; suis quam certissimum
 expectarit exitium. Quid enim spei superesse potest in tantis periculis, quanta hic describuntur, in
 quibus miserabiliter luctantibus presentibus presentissimam intentant omnia mortem?

Huc pertinet, quod versu 3. subsequuti clamoris meminit, tam anxi & irremissi, vt vociferando Vers. 3.
 laborauerit, & gutture siccato irrauerit: deinde suspicionis ad cœlos tam intensæ & perpetuæ,
 vt oculorum actes hebetata caliginem passa sit. Versu 4. exponit, de quibus aquis & fluctibus intel- Vers. 4.
 ligat, cum dicit: Multiplicati sunt super capillos capitum mei, &c. Dicit autem inimicos suos esse numero
 multos, & viribus robustos. Vocat eos מִנְגָּשׁ osores, & מִנְמָרָתִים: id est, disperdentes, ne de leuibus
 inimicis intelligatur, itaq; tales erant & animo & viribus, vt inerito cōparati sint luto alto, aquis pro-
 fundis, procellis irruentibus, & ad interniciem usq; ad obruentibus. Vtraque ista & odium & robur
 erant ex eo, quod Saulem regem impium habebat hostem Propheta. Vnde obiter obseruandum
 est, regnante rege impio, piorum hostes & numero abundare, & viribus valere plurimum.

B 1. Principio, quod attinet ad materiam aduersorum, quibus Deus suos etiam charissimos exer. De afflictio-
 cet, initio Psalmi huius notandum est siue Davidem, siue ipsum Christum inspicias, in quanta peri- nepiorum.
 cula diuinitus coniunctione pīj. 2. Deinde, quām sancti in rerum discrimine, etiam ubi sunt innocen-
 tes, sint non stipites ac lapidei, quām non contemnunt imminentia pericula, quām reddantur anxi,
 „ quām clamitent & querulentur in ipsis temptationibus, etiamsi extra pericula constituti dicant: Si Psal. 91.
 „ ambulauero in medio umbra mortis, non timebo mala, quoniam tu tecum es. Item Dominus pro-
 „ tecor vitæ meæ, à quo trepidabo? 3. Tertio, quām non statim eripiantur diuinitus, utrū anxi cla-
 „ mantes: licet alibi scriptum sit: Clamat ad me, & ego exaudiam eum. Item: Antequam clamaue Esa. 65.
 rint, exaudiam. Neq; enim semper illis prodest, statim eripi, licet mox exaudiantur. 4. Quarto, quo-
 modo sancti tardante Domino, ab inuocatione & imploratione non desistant: Laboravi, inquit, clas-
 mando, &c. dum expecto Deum meum. Perseuerandum est, & sine intermissione clamandum, expectan-
 dumq; donec veniat auxilium à Domino. Expectandum autem non solum tum est auxilium Dei,
 quando afflatus nulla alia ratione sibi ipsi potest consulere: sed exemplo Davidis, etiam tum, cum
 licet in hostem extendere manum, & vindicta sumpta sese liberare. Tædiössimum quidem est, diu-
 nius expectationis huius sustinere moras: verum persistendum est, & patientia vinceat. 5. Quin-
 to: nec hoc prætereundum est, quod ab expectatione Dei caliginem dicit oculis esse accersitam. Esa. 38. dice-
 bat Ezechias:
 Attenuati
 sunt oculi mei
 suspiciētes in
 excelsum.
 Quisnam est usus oculorum ad expectandum Dominum, quia tamen corporeis oculis non videtur?
 Ita comparati sunt animi nostri, vt oculos eò dirigant, vnde expectatur auxilium. Leuaui oculos
 meos in montes, inquit, &c. Et Christus toties oculis in cœlum suspexit. Sic de Susanna quoque legitur. 6. Sexto. Emphasim habet nunquam satis expensam, quod dicit: Dum expecto Deum meum. Non
 dicit, Dum expecto Deum: sed, Deum meum. Ea est fiducia in pijs firmisudo erga Deum, vt quemadmo-
 dum liberi parentum suorum præstolantur, & constanter implorant opem: ita ipsi ab ope Dei sui
 pendeant, & expectationis ac spei suæ nullam aliam habeant causam, quām quod Deus sit ipsorum.

1. Primum, expendendum est, quomodo fieri possit, vt innocens, immo benemeritus ac Deo cha-
 rus, tantum patiatur in hoc seculo odij etiam inter fratres, quantum hic de inimicis suis queritur
 David, cum in sua, tum Christi persona Rationem reddit Christus Ioan. 15. Hinc scitè illud est di-
 etum, ἀπόλωλοι ἀνθρώποι οὐ φίλοι τοσοχεῖοντας, οὐ μισοῖ τοσοφείοντας. Netno ergo piorum aliud in hoc se-
 culo ab ingenio mortalium speret. 2. Deinde malitia & ingenium odij notandum est, in eo quod
 hostes suos postquam מִנְגָּשׁ: id est, osores vocavit, statim & מִנְמָרָתִים: id est, disperdentes vocat. Nā
 ita comparatum est mortalium ingenium, vt quos odio prosequuntur, perdere statim cupiant. Hinc
 est, quod odio Ioannes, 1. Ioan. 3. homicidium adscribit, dicens: Omnis qui odit fratrem suum, ho-
 micidia est. Hoc discrimine eodem capite discernit Apostolus filios Dei, & filios Diaboli. 3. Ter-
 tiō, in eo quod queritur de isto odio, admonet nos, quām non delectentur sancti odio impiorum:
 sed malint accepti esse fratribus, quos & amant, & nusquam non saluari cupiunt. 4. Quartō, quod im-
 miscet

VERS. I.

Vers. 1, & 2.

De afflictio-

ne piorum.

Psal. 91.

Esa. 65.

Esa. 38. dice-

bat Ezechias:

Attenuati

sunt oculi mei

suspiciētes in

excelsum.

Vers. 4.

Et 1. Ioan. 2.

Quia erato-

pera eius ma-

ta, & fratriis

bona.